Et nõ inuenieť vltra in eã vox leticie sarscenoꝝ.q2 nõ pmittẽ tur aliqua leto habere.sicut fuit factũ sub Gotfrido.Et xpia ni deponẽt ppetuo officiales et dños qui vtunť musicis.cytha ra.tibia.musica.et tuba.Silr̃ nõ pmittenť exercere alia libe rorũ opera.Et ita nõ inuenieť in ea amplius artifex saracen⁹ Et nõ pmittẽt xpiani q̄ habeãt templa.in quib⁹ mola eorum siue sacerdos ad modũ mole circũuoluať vociferãs noctu vt coeant et mľtiplicẽt p̲p̲l̃m maumethi.Nec q̄ accendãt lucer nas in templis vt mõ faciũt. q2 xpiani nedũ nomẽ maumethi sed religionẽ extirpabũt de locis illis ac memoriã delebunt. Silr̃ sponsi et sponse nõ audienť. q2 in hijs locis nõ pmittent saracenos cõtrahere. Si vero queris causam tam subite de structõis.rñdit dicẽs.Quia principes saraceni erãt mercato res xpianoꝝ.et cõra ius eos vendebãt ⁊ emebãt. Itẽ q2 oẽs saracenice gẽtes errauerũt in veneficijs ⁊ errorib⁹ egypti siue soldani qui est papa eoꝝ.Postremo soldanus incitat sarace nos cõtra xpianos. Et ideo in egypto principaliter inuẽta est causa sanguinis p̲phetaꝝ siue doctoꝝ ⁊ sctoꝝ xpianoꝝ qui in terfecti fuerũt. Qui scdm̃ iohannẽ cõtinue clamãt. Uindica sanguinẽ nr̃m deus noster.hijs responsum est. Adhuc expecta te modicũ tp̃s donec sub vltima plaga impleať numerus fra trum xpianoꝝ p̃destinat⁹. Et q2 nũc impleť sub vltima plaga Ergo sequiť sanguinis totius xpianitatis diuina vlcio vt im pleatur p̲missio xpiani et vniuersalis imperij deuicta bestia.

Capitulũ xix.q̄ egyptus et arabia cũ mecha ⁊ ossibus maledicti maumethi capienda sunt a christianis.Et ecclesia omnis reunienda.

Est hec audiui ⁊c̃.Pro exposicõe capituli p̃mittẽda sunt aliqua. Primũ est scdm̃ Nicolaũ de lira q̄ hoc capitulũ non potest intelligi de balduino successore


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG